



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Rigor Moderatus Doctrinæ Pontificiæ Circa Usuras A SS.
D. N. Benedicto XIV. Per Epistolam Encyclicam Episcopis
Italiæ Traditus**

Specimina exhibens Moderationis Pontificiæ, à P. Daniele Concina violatæ

Zech, Franz Xaver

Ingolstadii, 1749

Approbatio Juridica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63772)

APPROBATIO THEOLOGICA.

Pergit Clarissimus Auctor in hac altera Dissertatione de Usuris & sapientissimam Pontificii Rigoris, Moderationisque conjunctionem uberius ostendere, & Academiam hæc ab irrogata sibi injuria vindicare, unde vindicias istiusmodi, quodcumque forum examinet, non solum licitas pronuntiabit, sed mirabitur, acumen cum habeant ingenii, & doctrinæ, quo ferire possint validissimè, attamen offendere nullibi, neque in Fidei, morumque dogmata, neque in sanctæ Charitatis, aut modestiæ religiosæ præceptiones, neque adeo in ipsum, quem sibi præstituerent videntur, adversarium, cujus inculpationes minimè ferendas ita retundunt, ut tamen inculpatæ tutelæ moderamen ad amissim observatum ubique appareat, imò, eum Eximius Auctor in conscribendis de materia usurarum lucubrationibus non alium sibi præfixerit scopum, metamque, quàm, ut violatam Academia nostræ famam redintegret, ac æstimationem, Summæque Sedis doctrinam huic propriam facere allaboret, ex utroque sanè fas erit, illud accommodari Propheta, *Chelyem & galeam suspenderunt in te pro ornatu tuo.* Ezech. 27. v. 10. Quocirca nomine Sacræ Facultatis Theologicæ Dissertationem hanc dignissimam judico, ut ad singularem legentium utilitatem, & insignem Auctoris commendationem lucem aspiciat, typisque mandetur.

Joannes Josephus Antonius Hertel, SS. Theolog. Doct. Sereniss. Elect. Bavar. & Reverendiss. ac Celliss. S. R. I. Princ. & Episc. Eystett. Consiliar. Almæ & Cathol. Universit. Ingolstadt. Pro. Cancellarius, & S. Script. Professor Ordinarius. Insignis Eccl. Colleg. ad B. Virg. Monachii Can. ad D. Maurit. Ingolstadtii Parochus & Facult. Theol. p. t. Decanus.

APPROBATIO JURIDICA.

Præsens Dissertatio, seu *Rigor moderatus Doctrina Pontificia circa usuras*, solidissimis Rationibus suffulta, & præstantissimorum Interpretum auctoritate munita, sicut intricatissimas Materie suæ, difficillimasque Quæstiones, maximo labore & felicissima dexteritate fundamentaliter resolvit; ita dignissima est, ut ad plurimorum utilitatem, & perennem celebratissimi sui auctoris gloriam luce publica fruatur, ita censet

Hermannus Ant. de Chlingenberg in Schönhofen, & Trachenfels &c. SS. Electorum Bavar. & Palatini Consil. A&c. ac respectivè Dapifer &c. Juris Patrii, Feud. & Prax. Profess. Ord. Præf. in Stamb. & Oetting, ac p. t. Facult. Jurid. Decanus.

DIS-